



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Decretum. XLIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

Eleemosina autem quae ipsa officia obeuntibus est distribuenda, in Ecclesia non detur.

Quod si sacerdos, cui ipsius officij onus incumbit, hoc non obseruauerit; ipse duobus multetur auctoritate; quae maledictio eius sit, qui culpam illam Archiepiscopo in urbe, aut Vicario foraneo in diecesi renunciarit.

## Decretum. XLVII.

**E**nī distri  
NVLLA eleemosinæ portio officio  
duatur item pro mortuis adscripti ijs clericis sacer-  
dotibus detur, qui Matutino, aut Missæ  
sacro quod pro mortuis fiet, solum in-  
terfuerint; sed ea portio ijs tantum di-  
stribuatur, qui non per substitutam per-  
sonam, sed ipsi in toto & matutino offi-  
cio & in Missæ sacro interfuerint; idq[ue] nisi testatoris voluntate aliud cauetur.

Matutino autem & Missæ sacro interfuerint  
se censeatur is, qui antequam prima pro-  
nuntiet lectio, in officio adfuerit, in  
eoque præsens perseverauerit usque in  
finem Missæ.

Si verò quid fortasse quod differri non  
patiatur, in aliqua Parochia acciderit,  
eamque ob causam illius Parochus officio  
non absoluto discedere cogatur; huic  
nil de eleemosina detrahatur, quæ ijs  
singulis distribui debet, qui toto officio  
interfuerint.

Pro mortuis autem officium integrum  
peragatur, ita ut & tres nocturni, quemad-  
modum ritus postulat, dicantur; & id  
omne reliquum absolutur, quod ad il-  
lius officij rationem pertinet.

## Decretum. XLVIII.

**T**randiū sa-  
cerdotibus  
funeris cau-  
sa vbi paran-  
dum.

CVM à defuncti hæreditibus vel pro  
pinquis parabitur ijs clericis ientaculū  
præmiumve, qui ad funus duendum, aut  
exequias, vel anniversaria pro mortuis  
celebranda conuenérint; domi tantum-  
modo eius parochi paretur, in cuius E-  
cclesia aut parochia officia diuina pro de-  
functis fuerint absoluta.

Sacerdotibus verò, qui non vocati ad ip-  
sa officia obeunda, vel ad celebrandum  
pro alicuius diei festi solennitate acce-  
serint, portio nulla detur eleemosinæ il-  
lis officijs seu solennitatib[us] addictis; neq[ue]  
ad ientaculum præmiumve admittan-  
tur cæteris clericis paratum.

## Decretum. XLIX.

**A**NIMARVM curator, cuius pa-  
rochiae incola ad sepulcrum est efferen-  
dus, neminem clericum etiam regularē  
(nisi is vna cum Collegio suo sit) super-  
pellecum latus habens manicas, & ve-  
tem ad talos usque demissam non gera-  
tem, funeri interesse patiatur.

Habitus cle-  
ricorum in  
funere.

## Décretum. L.

**S**I ad exequias, funera, aliaque pro  
mortuis officia in aliqua non parochiali  
Ecclesia, etiam si collegiata sit, obeunda,  
alij Sacerdotes sunt accessendi; ad ea in  
primis vocetur parochus, intra cuius pa-  
rochiae limites ipsa est Ecclesia, in qua  
mortuis officia fient.

Ei tamen nè maior eleemosinæ portio,  
detur, quam ceteris singulis sacerdoti-  
bus, qui præsentes ministerium suum  
præstiterint.

Paroch⁹ ad  
officium p  
mortuis in  
primis voc-  
tux.

## Decretum. LI.

**P**AROCHVS, qui altaris pal-  
lium cuipiam etiā quauis dignitate pra-  
dicto, ad funus duendum, seu ad facien-  
das exequias commodauerit; suis sum-  
pribus aliud illi simile comparet, quod  
pro funeribus commodauerat; idq[ue] il-  
lius Ecclesia sit unde alterū acceperat.  
Pallium verò quod funeri aut exequijs  
faciendis commodatum erit, ad altaris  
vsum ne amplius adhibeatur, nisi Ar-  
chiepiscopi concessu.

Pallium al-  
tatis nè cui  
quam pro  
funerib⁹ co-  
modetur.

## Decretum. LII.

**D**ECRETA quæ mox infra no-  
tata sunt, quotannis in Ecclesia, cum fre-  
quentissimus populus in Missæ sacro pre-  
sens adest, de scripto, sermone tameū vul-  
gari summam expresa legatur & pro-  
mulgentur certis ijs infra constitutis  
diebus.

Index de-  
cretorū que  
vulgari ser-  
mone certis  
annis dieb⁹  
promulgata  
sunt.

1 Tridentini Concilij Decretum con-  
tra eos qui clandestinum matrimonium de refor. c. 1 Seff. 24 dec.

attentauerint, legatur initio Anni, & Ca-  
lendis Nouembbris.

2 Eiusdem Concilij Decretum de ijs Seff. 15 dec.

qui non solunt decimas, Calédis Maij,

& primo Dominico die Septembbris.

3 Eiusdem Decretum de usurpantibus Seff. 22 dec.

bona & iura ecclesiastica; & pars illa de refor. c. 6

Bullæ die Cœnæ Domini latæ, quæ est 11.

contra